



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Quid ei in via contigerit. n. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

Quæ cùm diurno tempore in studiis, in colloquiis, in negotiis, nocturno, 1579.
inter somni horas occurfant importunè, nullamq; dant quietis partem, &
modò quidem sciunctam ab hominum consortio vitam inter Alpium iuga
agere, modò in Cænobium aliquod à conspectu scmotum se abdere, modò
ahud & aliud vitæ genus, quò Deo & sibi faciat latè meditatur, neque alicubi
potest cogitationis pedem figere, Romā reuerti statuit, ut vbi neglecto eo quod
piacipuum erat, Deum seq; in le ipse commouisset, ibi se sibi & Deo redderet,
actum demum de vitæ ratione reliqua quid decernendum esset deliberaret.

XII. Contubernialibus vtebatur *Luca Atestoe & Ioanne Lanø*; his non
difficulter suaderet *Rome*, aut certè *Parme*, perficiendum sibi quidpiam esse quod
diutinam haud patiebatur dilationem: Itaque deducto *Venetias*, & aduer-
sum Eridanum concidenti cùm prospéra omnia fuissent adprecari, Ferrá-
riam venit: mox relicto nauigio iter reliquum *Romam* vsq; pedibus exoluit,
hoc interim tantulum pñnarum de pristina sumpturis negligentia Non latuit
humani generis hostem, quæ illi præda clam de fauicibus deducetur, quemq;
vi aperta olim aggreslus de statione depulisset, nè inter malos minus ipse malus
boni quidpiam moliretur, hunc nè melior fætus ad optima concendet, clan-
destinis consiliis conatur auertere. Iungit se viæ comitem lacernolus homun-
cio, vultu, habitu, voce ad commiserationem factus; nec grauata eum admis-
tit hic noster Peregrinus: solatur stipe, victu, alloquo: Miseratio atque amæ-
nitas externi hominis, & à quo nihil metuendum videbatur, aditum faciunt
ad ea quæ intus in animo claudebantur aperienda: "Fueram, inquit, plurimis
annis Religiosi ordinis votis adstrictus, at nunc melioribus vñs consiliis, pro-
trippi me ab illa durissima leuitate, atq; in libertatem me ipse adscripsi. Enim
verò inconsulto faciunt homines, cùm à teneris annis, nè gustatâ quidem lax-
ioris vitæ iucunditate, in hæc se comprimunt ergastula: Is me etiam error
incautum inuoluerat, sed explicui tandem me, neque facile in eodem cassis
concludi patiar.) Hæc desertor contumeliosus vomebat ore, quæ parens men-
dacijs suggererat, ad nouimilitis animum Orci sui tenebris infuscandū: Quam
verò inani capiti, & vacuo dicenda ea commisstet cùm peruererunt Floren-
tiā, perfuga ipse detexit. Confestim enim inuolans in officinam, pileo nouo
ex hololeuco coempto (decorus scilicet & elegans) per plateas gloriōsus in-
greditur, reliqua pannolis & vilis, hospitēmque suum salutans." Praelarum,
inquit, est vnam saltē aliquam vestitus partem habere splendidam.)

XIII. Ita est: Vnum aliquid, atque id exile, incongruum, dissonum, festati-
tur ij, qui abiectis sanctioris vitæ ornamenti soluti, videlicet, ambulant, at-
que per vitiorum deinde omnium fæcem præcipites vagantur. A quibus non
longè videbantur absuisse duo illi, vesti quidem sanctimoniam, moribus ni-
hil lanctum præferentes, qui cum die altero proficilcentem assedit, cùm
de vitæ genere eligendo sermo incidisset, quâ potuere orationis grauitate di-
cam, an levitate deflectere moliebantur ab sanctioribus consilijs, eam
quam ipsimet externo cultu profitebantur viuendirationem dantantes, la-

Quid ei in
via conti-
gerit.